

scandali, volumus et strictissime in mandatis damus abbatisse, cui omnis potestas regendi per nos commissa est, ut cancella prope ianuam locutorii et in fenestris confessorum ita obstruere faciat, ne quisquam vel manum vel alias donaciones per eadem foramina recipere possit, opponendo velamina, ne quisquam ab extra virgines sacratas poterit^h) intueri.

5 Volumus, ut superflue locuciones ab omnibus vitentur et nisi pro necessitate licencia loquendi ibidem virginibus concedatur et hoc in presencia vel abbatisse vel ordinis zelatricis. Interdicimus omnem licenciam intrandi viris et secularibus et religiosis neque nostris confessoribus concedimus, nisi tempore infirmitatis virginum, quod tamen cum omni gravitate studeant facere, ne aliqua in eis poterit^h) offendi. Interdicimus eciam omnia con-

10 vivia et solacia nostris confessoribus secularibusque cum virginibus sacris ab intra et extra habenda sub pena superius expressa; sed si virgines solacium querunt, inter se habere cum licencia abbatisse possunt et hoc caritativo modo et cum bona pace. Portarie firmiter in mandatis damus, neve intromittat canes (*sic*) vetulas vel alios homines prohibitos; si nostra rationabilia statuta contempserit, proximo capitulo strictissime puniatur, et nisi

15 debita cum severitate punita fuerit, per nos suis temporibus plectetur digna cum emenda. Et ne virgines querere habeant diversa diverticula, provideat abbatissa, ut loca vel in domo nova vel in aliis locis, que tantum pro necessitate sunt instituta, ita *claudantur^d), ne occasionem ibidem declinandi habeant, unde alia mala oriri possint. Non sint signature in sacris festivitibus et octavis eiusdem in choró, sed pariter pro laude dei ibidem

20 *perseverent^k), cantent^l) pariter deum laudando, non inanibus verbis vel lectionibus ibidem consuetis se occupent contra sacri ordinis instituta. Volumus, ut nemo supra organum scandens vel ultra circumferenciam se exponat, quo a secularibus videri poterit^h), sed in choro pariter permaneant, divina in corde contemplando sacramenta. Quantocius fieri poterit, in dormitorio cellule virginum sub ordinis forma instituantur, ut quelibet sola et

25 non mixtim cum pueris dormiant contra nostri sacri ordinis debitam institutionem. Hec omnia nostra rationabilia instituta volumus hic a cunctis Cristi famulantibus observari, ut per ea observata et sacram obedienciam consequi valeant eternam remuneracionem. Autem ne aliqua super oblivione sese poterit^h) excusare, mandamus hanc nostram cartam quater in anno capitulariter legi et per dominam vel priorissam eandem punctatim

30 declarari, quo debitam vivendi formam et vite sue institutionem quelibet ex ea sibi assumere possit. Datum et actum in prefato monasterio Nimpsehenn anno die ut supra nostro sub contrasigillo subimpresso. 1509.

455.

Verzeichniß des Klosterpersonals.

1509—1510 [Mai 1—Apr. 27].

35 *Hilschr.: Aus der Klosterrechnung auf 1509/10 (Mai 1 bis Apr. 27). Ernestin. Gesamtarchiv Weimar Reg. Bb 3767 und 3768.*

Ann.: Die Rechnungen über die jährlichen Einnahmen und Ausgaben des Klosters sind noch vorhanden über die Zeit vom 1. Mai 1509 bis dahin 1520 (1514—15 nur im Auszug); vom 11. Nov. 1525 bis dahin 1526; 27. Sept. 1528 bis 29. Sept. 1536; außerdem besitzen wir noch die Rechnungen des Püchters des Klostergrundes, Gangolff von

40 454. *h) Sollte heißen possit. i) claudentur. k) perseverant. l) cantant.*